Quæ prædicta omnia etiam ſerviunt pro ſolutione prætenſæ manutenentiæ Principis, quam inter cætera allegat ſe habere, quam ipſe tamen Keſſenich nunquam vidit, nec deſuper unquam citatus, aut auditus fuit. Et multò minus poſſet præjudicare ſententiæ, & rei judicatæ per Judicem competentem latæ, & authoritate Principis Cardinalis requiſiti demandatæ executioni cum conſilio Procerum ſuorum, quod præſumitur juſtum, & omni ſuſpicione carere. Teſte Iſernia in C. 1. qui ſucceſs. teneat & Deciano Conſil. 25. n. 17. Vol. 1. & inveſtigationem quæ fit in ea, quæ à Principe cum conſilio ſuorum Conſiliariorum ſunt facta, nimis eſſe ſcrupuloſam tradit idem Decian Conſil. 41. n. 29. Vol. 2. & Afflict. C. 1. in pr. de prohib. eud. alien. per fred.

No. XLI.

CArolus divinâ favente Clementiâ Romanorum Imperator Semper Auguſtus, Rex Germaniæ, Caſtellæ, Legionis, Arragoniæ, Navarræ, Neapolis, Siciliæ utriusque, Majorcarum, Sardiniæ, Inſularum Indicarum, Terræ-Firmæ, ac Maris Oceani, Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Limburgi, Luxenburgi, & Gueldriæ, Comes Flandriæ, Arteſiæ, Hannoniæ Hollandiæ, Zelandiæ, & Kyburgi, Namurci, & Zutphaniæ, Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperii, Dominus Friſiæ, Salinarum, Mechliniæ Provinciarum Tranſiſalanarum, & Trajectenſium, nec non Dominator Aſiæ & Africæ: Univerſis, & ſingulis præſentes litteras noſtras inſpecturis gratiam noſtram & omne bonum: cum proximis elapſis diebus certi à nobis deputati Commiſſarii cum Commiſſariis Illuſtris Principis Wilhelmi Ducis Juliacenſis & Clivenſis noſtro nomine & mandato tractatum perpetuæ Conſœderationis, ligæ, Concordiæ & Unionis ſub beneplacito noſtro inter nos, hæredes, & Succeſſores noſtros, nec non terras, ditiones, & ſubditos noſtros inferioris Germaniæ ex una, & dictum Illuſtriſſimum Principem Juliacenſem & Clivenſem, ſuos hæredes & Succeſſores terras, ditiones, & ſubditos ex altera parte inierint & concluſerint: cujus tenor ſequitur & eſt talis: Ad laudem Dei omnipotentis, tranquillitatem, ac utilitatem cùm totius Reipublicæ Chriſtianæ, tùm verò imprimis ſubditorum, terrarumque hæreditariarum, tam Auguſtiſſimi, invictiſſimique Principis ac Domini, Domini Caroli V. Romanorum Imperatoris, Regis Germaniæ, & Hiſpaniarum, Archi-Ducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ, Lotharin-

giæ, Brabantiæ, Limburgi, Geldriæ, Lüxenburgi, Comitis Flandriæ, Arteſii, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphaniæ Domini Friſiæ, Territorii Trajectenſis, citra & ultra Iſulam, Mechliniæ, Salinarum & Groningæ, Domini noſtri Clementiſſimi, quàm Illuſtriſſimi Principis ac Domini Domini Wilhelmi Ducis Juliacenſis, Clivenſ. & Montenſis, Comitis Marchiæ & Ravensburgi, nos Ludovicus de Flandria Dominus à Praet, Eques ordinis Aurei Velleris, & ſecundus Cubicularius Cæſareæ Majeſtatis, Nicolaus Perenotus Dominus â Granvella primus Conſiliarius & cuſtos Sigillorum ejusdem Majeſtatis, Ludovicus â Schore Præſes Secreti Conſilii & Viglius â Zuichem Conſiliarius Secreti & Magni Conſilii ſupra dictæ Cæſ. Majeſt. Commiſſarii ad infra ſcripta ab eadem Cæſarea Majeſtate deputati, & nos Joannes Gograve Cancellarius, Nicolaus ab Harff in Geiſenkirchen / Georgius â Bœnen in Wetter præfecti, Henricus Bars dictus Ohligſchleger / Johannes Faltermeyer / ambo Legum Doctores, & Joannes de Eſſen Quæſtor itidem â ſupra dicto Illuſtriſſimo Principe Juliacenſi ſpecialiter Deputati. Notum facimus univerſis ad quos præſentes pervenerint, quòd cùm hoc eodem anno die menſis Septembris ſeptimâ prope Urbem Geldriæ Venlonam Tractatus Pacis & Concordiæ, inter præfatam Cæſar. Majeſtatem ex una: & Illuſtriſſimum Ducem Juliacenſem &c. ex altera parte initus aut concluſus fuerit, in quo inter cætera continetur, quòd pro majori Securitate & amicitia inter ditiones hæreditarias & ſubditos utriusque Principis conſtituenda, ac in perpetuum conſervanda Commiſſarios deputare ac delegare deberent, qui de Confœderatione, liga, unione ac concordia mutuo conſenſu contrahenda ac ineunda tractarent ac convenirent: Nos hujusmodi Tractatûs conventa inſequentes, habitâ deſuper maturâ deliberat ione in infra ſcriptos articulos nomine dictorum Principum ac ſub beneplacito eorundem convenimus & conſenſimus, ac ſecundum præſentium tenorem convenimus ac conſentimus: imprimis quòd juxta ea, quæ in fœdere prope Venlonam pacta & conventa ſunt, quibus per præſentem tractatum in nullo derogatum volumus, eſt, & deinceps ſit & maneat ſincera, vera & integra amicitia, mutua ac bona vicinitas, liga & confœderatio futuris temporibus perpetuò duratura inter dictam Cæſaream Majeſtatem & præfatum Ducem Juliacenſem, amborumque hæredes ac Succeſſores, Regna, terras & Dominia, quæ nunc habent & poſſident, vel in futurum habebunt aut poſſidebunt, quæ hîc pro expreſſis, ex nunc prout ex tunc haberi volunt, nec non eorum Vaſallos & ſubditos, ita quod ipſi Principes ſibi invicem reſpectivè omnem honorem, favorem & commoditatem bonâ fide ac ſincero animo præſtare ac promovere, ac damnum, dedecus & diſpendium, omniaque

nocu-

nocumenta, quantum in ipsis erit, evitare & impedire, ac ut ipsum inter vasallos & subditos utriusque fiat, pro virili curare teneantur.

Item quòd Cæsarea Majestas, sui hæredes & Successores, neque per se, neque per alium quâcunque occasione vel causâ directè vel indirectè terras, Dominia, vel subditos suprascripti Principis offendet, invadet vel oppugnabit, offendi, invadi vel oppugnari faciet, nec ipsi, ejusve hæredibus & successoribus, Dominiis & subditis, ullum bellum, vel guerram inferet, aut inferri sinet, sed contra omni diligentiâ avertet. Et ideo si quas occultas aut manifestas machinationes contra prædictum Principem, ejus hæredes, successores, terras ac subditos per quoscunque moliri, militesve conscribi intellexerit, de eo sine ulla dilatione ac bonâ fide ipsum, ejusve Locum-tenentes, nec non hæredes & successores certiores faciet, ac pro viribus ipsorum conatus impedire & talia amovere tenebitur, prout universa ipse Princeps Juliacensis sui hæredes & successores similiter, neque per se, neque per alium, quâcunque etiam occasione vel causâ directè vel indirectè Regna, terras Dominia, Vasallos ac subditos Cæsareæ Majestatis offendet, invadet, vel oppugnabit, nec offendi, invadi vel oppugnari faciet, nec Majestati suæ, ejusve hæredibus & successoribus, Regnis, Terris, Dominiis & subditis ullum bellum vel guerram inferet seu inferri sinet, sed contra omni diligentiâ avertet, & si quas occultas aut manifestas machinationes contra Cæsaream Majestatem, ejusdèm hæredes & successores, Regna, Dominia & terras, Vasallos ac subditos per quoscunque moliri, militesve conduci intellexerit, de eo sine ulla dilatione ac bonâ fide Majestatem suam, nec non hæredes ac successores & ejus aut eorum Locum-tenentes & Gubernatores certiores faciet, ac pro viribus ejusmodi conatus impedire atque amovere tenebitur.

Item quòd neuter Principum prædictorum, nec eorum hæredes aut successores per se vel alios, clam vel palam, directè vel indirectè, hostibus ac inimicis alterius auxilium, consilium, assistentiam, aut ullum omninò favorem præstabunt, nec illis arma, commeatum, ingressum, egressum, vel transitum in alterius terras per suas permittent, nec sinent suos subditos ire ad hostium stipendia vel servitia, sed id, quantum in ipsis est, bonâ fide impedient, ac in hoc bonorum Principum officium sincerè invicem præstabunt.

Præterea prædicti Subditi utriusque Principis hinc inde liberè ire, redire, morari, conversari, ac negotiari in alterius Regnis, terris ac Dominiis poterunt, solvendo jura & vectigalia solita & consueta, sicut proprii ejusdem Principis Subditi, absque eo, quod indigeant aliquâ securita-

curitate, salvo conductu, aut licentiâ generali aut speciali, tenebunturque ipsi Principes hinc inde vias, itinera publica, quantum in ipsis erit, quieta & secura custodire contra omnes & quoscunque Prædones, Grassatores, seu Raptores, ac similiter nequaquam permittere debebunt, quod aliqui ipsorum Subditi, aut alii quicunque ex ipsorum Dominiis & terris, deprædationes, rapinas aut spolia, ullamve omnino vim publicam vel privatam contra Subditos alterius Principis faciant, vel in illius terras & Dominia ad deprædandum aut rapiendum excurrant, suisque Officiatis, Præfectis ac Subditis districtè mandabunt, ne hujusmodi committant, aut fieri ullatenus permittant, & ut talia facientes aut facere machinantes seriò persequantur ac puniant, nec eos quovis modo receptent, aut receptari aut latere permittant, quibus etiam ipsi Principes, sive eorum Locum-tenentes, Præfecti, seu Officiati salvum conductum aut Securitatem omnimodo non præstabunt. Præterea licebit illis, qui sic de prædati, aut spoliati fuerint, nec non loci Præfectis & aliis ipsorum auxiliatoribus Prædones hujusmodi ac Raptores in alterius etiam Territorio insequi, ibidemque apprehendere ac loci Præfecto, sub quo eos apprehenderint, tradere, qui illos secundum rigorem juris communis, seu municipalis condignâ pœnâ sine illa dilatione in aliorum exemplum & terrorem afficere tenebitur, nec ejusmodi criminis abolitio seu remissio, aut talium malefactorum liberatio sine utriusque Principis licentia concedi poterit. Quod si verò aliqui Receptatores talium reperti fuerint, eadem ipsis, quæ principalibus, pœna imponi debebit, nec non contra eos, qui de receptatione suspecti fuerint, debitam inquisitionem & diligentiam ad indagandam rei veritatem quilibet Principum in suo Territorio & Jurisdictione fieri mandabit.

Simili modo si quis in Regnis, terris, & Dominiis præfatæ Cæsareæ Majestatis, aut Illustrissimi Ducis deliquerit, seu maleficium aliquod commiserit, quod pœnam sanguinis, aut ultimum supplicium merebitur, talis in eorum terris & Dominiis nullum receptum aut salvum conductum habebit, sed ad petitionem ejus Principis, in cujus Dominio delictum ipsum commissum est, condigna illi pœna infligetur.

Item si aliqua controversia, seu differentia inter prædictam Cæsaream Majestatem, seu ejus hæredes & successores & præfatum Illustrissimum Principem, ejusque hæredes & successores ex qualibet causa seu occasione exorta fuerit, vel etiam inter ipsosmet Principes & Subditos alterutrius moveri contigerit, ad sedandum, pacificandum, seu decidendum hujusmodi differentiam & controversiam conventum est, quòd quilibet prædictorum Principum, quotiescunque necessarium fuerit & ad alterutrius petitionem duos ex Consiliariorum suorum numero ad locum infra nominandum

nandum intra menſis ſpatium mittere debebit, qui hinc inde, quantum ad hujusmodi controverſiam dirimendam, Juramentis, quibus tenentur, ab ſuis Dominis abſolventur, ac de novo in manibus Superarbitri jurabunt & Superarbiter viciſſim in manibus eorum, quod nullo perſonarum habito reſpectu ſecundum juſtitiam controverſiam ejusmodi diriment ac judicabunt.

Ut autem Superarbiter non ſuſpectus prædictis quatuor Commiſſariis adjungatur, placuit ut Actor ex terris neutri partium ſubjectis tres probatæ integritatis viros nominet, ex quibus facultas erit Reo unum eligendi, qui ad ipſarum deinde partium poſtulationem per prædictos quatuor Commiſſarios rogabitur, ut unà cum ipſis loco ac tempore præfigendo comparere & ejusmodi cognitioni, definitionique vacare dignetur, qui quidem Superarbiter ita, ùt ſupradictum eſt, Juramento præſtito, unà cum quatuor adjunctis ſibi Commiſſariis debebit libellum ſeu actiones, exceptiones ſeu reſponſiones, replicas ac duplicas recipere, ac deinde ſine alia ſcripturarum multiplicatione, quatenus ipſis opus videbitur, partes ad probandum admittere, proceſſuque hoc modo inſtructo ante omnia amicabilem inter ipſos litigantes concordiam tentare, quæ ſi confici nequierit, ex tunc prædicti quatuor Arbitri ſeu judices unà cum quinto Superarbitro ſeu judice definitivam ſententiam ſuper hujusmodi differentia & controverſia proferre, pronunciareque debebunt. Quidquid autem dicti quinque Arbitri ſeu judices concorditer, aut eorundem major pars pro ſententia definitiva inter eosdem Principes & Dominos decreverint, ſeu pronunciaverint, ac eisdem aut alteri eorundem in ſcriptis transmiſerint (quod intra ſpacium ſex menſium à tempore inſtitutæ actionis facere tenebuntur) id omni appellatione remotâ, per ipſos & quemlibet eorundem inviolabiliter obſervabitur. Quoties autem controverſia ex parte Ceſar. Majeſtatis mota & propoſita fuerit, tunc ejusmodi dieta in urbe Aquenſi præfigetur, quod ſi ex parte dicti Ducis Juliacenſis differentia ſeu controverſia intentanda ſit, ea tunc in Civitate Trajecti ad Moſam modò prædicto ſervabitur.

Si verò Cæſ. Majeſt. prædictæ & Illuſtriſſimi Principis ſubditi contra ſubditos ſeu Vaſallos alterius aliquam actionem ſeu controverſiam movere voluerint, tunc Actor ſequi & eligere debebit competens forum Rei conventi, ſi perſonali actioni; vel rei ſitæ, de qua fuerit controverſia, ſi actione reali agatur, cui judex Rei conventi vel rei ſitæ Juſtitiam brevem eo & decentem adminiſtrare tenebitur. Quòd ſi Actor de denegata Juſtitia aut indebita protelatione conqueſtus fuerit, eo caſu uterque Principum adverſus judices & Officiatos ſuos Juſtitiam adminiſtrare denegantes, aut indebitè protelantes conquerentibus de opportuno juris remedio providebit.

Et si tandem super hujusmodi causa denegationis sive protelationis dubitatio oriatur, illa per Commissarios & Arbitros eisdem modis & formis, quibus supra, controversiam inter ipsos Principes exortam dirimi placuit, decidetur & determinabitur, nec ob dictam causam aut quamcunque aliam adversùs subditos utriusque partis literæ repressaliarum vel arrestationes permitti seu concedi debebunt, excepto tamen utriusque debito & proprio delicto, si tamen super materia Feudi quæstio moveretur, tum coram illo seu Paribus Curiæ illius Principis, cujus Feudum erit, quæstio æquabitur & determinabitur. Quod si verò de ipso Feudo quæstio esset talis, quod quilibet prædictorum Principum Feudum suum esse prætenderent, tunc per ipsorum Deputatos modo & formâ præmissis decidetur.

Item si quocunque tempore deinceps aliquam hostilem invasionem in Terras & Dominia hæreditaria Cæs. Majestatis, videlicet Ducatum Brabantiæ, & Limburgi, Geldriæ, Lutzenburgiæ, Comitatum Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci aut Zutphaniæ, Dominium Frisiæ, Trajecti tam citra quàm ultra Isulam Mechliniæ, Groningæ, Falcomontis vel Dalem, aut etiam in Dominia Illustrissimi Ducis Juliacensis, videlicet Ducatum Juliæ, Cliviæ aut Montis, Comitatum Marchiæ vel Ravensburgi moveri vel etiam apparari contingeret, tunc & eo casu quilibet tam prædictorum Principum, quàm hæredum & successorum ad requisitionem & expensis rationabilibus ejus, cujus Terræ aut Dominia prædicta invadentur, aut invadi timentur, ex suis Terris & subditis, quam primum fieri poterit, talem numerum equitum, qualem ille requisierit, & hic bonâ fide præstare poterit, quamprimum in auxilium mittere tenebitur.

Quod si verò acciderit propter hujusmodi auxilia præstita, vel occasione præsentis confœderationis ipsius, qui præstitit, terras ab eodem hoste vel ejus auxiliariis invadi aut depopulari non poterit, primò invasus pacem aut concordiam inire, nisi cum Confœderati sui scitu, consensu ac sufficienti securitate.

Præterea supra dicti Principes eorumque Successores cum nullo Principe vel potestate ullum fœdus aut conventionem facient, quæ in alterius Principis terrarum & subditorum ejusdem præjudicium vel damnum quovis modo tendere possit.

Et licet pro certo constantissimoque, habeatur sive Cæsaream Majestatem, sive ejus hæredes Ducatum Geldriæ ac Comitatum Zutphaniæ nullis unquam temporibus alienaturos, aut in aliquem transportaturos, aut cessuros, attamen ad Majorem Illustrissimi Ducis Juliacensis, ejusque hæredum securitatem expressè conventum & concordatum est, quod si fortè aliquando Majestatem suam alicui alteri eundem Ducatum ac Comitatum concedere

cedere aut transportare accideret, in eum casum sua Majestas expresse providere ac efficere debebit, ut ante ejusmodi cessionem ac possessionis realem translationem tam is, qui hujusmodi Ducatum ac Comitatum susceptus est, quàm etiam Barones militares, cæteræque Communitates, Ducatus & Comitatus prædictorum per eorum patentes literas & sigilla sub eorum propriis juramentis hanc eandem unionem, confœderationem & amicitiam inter prædictam Cæsaream Majestatem & Ducem Juliacensem initam & factam confirment, corroborent, approbent & ratificent.

Item si contingat ullam Congregationem, concursum seu cumulationem, expeditionem aut depopulationem Equitum aut Peditum quorumcunque (qui nullius Potentatûs aut Principis nomen habent aut, aut idipsum profideantur) in unius aut alterius Principis aut Domini provinciis, Principatibus & territoriis fieri, hoc casu quilibet Principum & Dominorum prædictorum suis propriis stipendiis & impensis, secundum quod necessitas & ipsius negotii circumstantiæ id expostulaverint, pro viribus, & per campanarum sonitum sive aliis modis auxilium præstare atque assistere sine ulla dilatione aut denegatione tenebuntur ad finem, ut tales congregationes repelli ac dimoveri, eorúmque conatus prohiberi possint.

Item conventum est, quòd ista unio & confœderatio esse & intelligi debeat defensiva, ac in omnibus jus Sacri Romani Imperii salvum permanere.

Ut autem omnia & singula supra scripta & conventa perpetuis temporibus stabilia sint ac maneant, nos Commissarii supradicti Cæs. Majestatis ac Illustrissimi Ducis Juliacensis bonâ fide promittimus, omni diligentiâ nos curaturos, ut hæc ipsa ab utroque Principum propriis eorum Litteris & Sigillis intra spatium viginti dierum proximè sequentium ratificentur, approbentur ac corroborentur, eadémque sub verbo, honore ac fide sua loco juramenti præstiti promittant firmiter & inviolabiliter observare, nec illis quovis modo directè vel indirectè contravenire, nec quantum in ipsis est, aliquem alium in contrarium præmissorum aliquid agere, seu quid quam contra ea attentare, seu attentari quovis modo permittere.

Ac quoniam hæc confœderatio principaliter utilitatem & commodum subditorum concernit, hinc etiam conventum est, quòd ex parte Cesar. Majestatis Status Ducatuum Brabantiæ & Geldriæ, nec non Comitatuum Hollandiæ & Zutphaniæ, & Civitates Trajectum inferius, Daventria, Zwolla, Campi & Groninga, & ex parte Illustrissimi Ducis supra dicti Status Ducatuum Juliæ, Cliviæ & Montis, ac Comitatûs Marchiæ, eandem similiter Litteris & Sigillis suis intra quatuor menses ab datâ præsentium sequentes ratificare, ac quantum ipsos concernit, in omnibus suis Capitulis

observare, observarique facere debeant, quo sic semel constituta, totque hinc inde vinculis adstricta concordia cum auxilio omnipotentis DEI ad incrementum mutui inter Principes amoris, nec non solatium, quietem ac commodum subditorum, totiúsque Reipublicæ Christianæ utilitatem in omne ævum feliciter perduret. In quorum omnium testimonium Nos supradicti Commissarii his Litteris manu nostrâ propriâ subscripsimus. Datæ Bruxellis Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo tertio, die secunda mensis Januarii secundum stylum Cameracensis Diœcesis, sic signatæ Loys. de Praet, Perrenot. Schore, Viglius, Johan Gogreff, Claes van Harff, Henr. Olys. Jorien van Boynen. Joann Faltermeyer D. J. U. Ess.

No. XLII.

DEmnach bey Jh. Hochfürstlichen Durchl. hiesigen geheimen Rath Georg von Kessenich bey verwahrte unterthänigste Supplication und Bitt/ umb gnädigste Belehnung des Hauses und Herrlichkeit Kessenich/ sambt vier Original-Beylagen cum Copiis übergeben/ als wird solche dem von Kniphausen zum Vogelsanck/ und Wilhelmen de Waes zu dem Ende hiemit communicirt / daß darwider ihre habende Exception und Gegen-Nothdurfft inner Zeit von 14. Tagen nach der Insinuation sub pœna præ- & conclusionis in causa einbringen sollen: Düsseldorff/ den 12. Septembris 1678.

Aus Ihrer Hochfürstl. Durchl. gnädigsten Befelch

vt. Goltstein.

Steingens.

POstquam penes Serenissimi Principis & Ducis Consilium intimum Georgius de Kesenich hunc supplicem libellum, pro impetranda Castri & Dynastiæ Kesenich Investitura, & pariter quatuor Instrumenta autographa cum copiis exhibuit; illa Kniphusio in Vogelsang, & Wilhelmo de Waes in hunc finem communicantur, ut replicam, exceptionemque suam intra quatuor decim dierum spacium post insinuationem sub pœna præ- & conclusionis producant. Dusseldorpii duodecimâ Septembris 1678.

Ex mandato clementissimo Serenissimi Principis & Ducis mei

vt. Goltstein.

Steingens.

Pro Copia suo Originali conceptui Concordante Ego Notarius Cæsareus Publicus & immatriculatus subscripsi requisitus in fidem

J. R. Schmiz Mpr.

No. XLIII.

Memorialis libellus quæstoris Generalis Ditionum liberarum Illustrissimo Principi de Villa Hermosa exhibitus.

QUe non obstant les lettres de Son Excellence à Son Alteſſe le Duc de Neunurg le Licentié Everhards, Commissaire de la parte de Son Alteſſe à Sittard ne continue pas seulement a exiger des fourages & contributions des terres Franches au quartiers du Pays de Geldres, & qui sont sans aucune dispute de la Jurisdiction de Sa Majesté, & payent actuellement une redemption des Logemens entre mes mains, dont une liste vat icy jointe, & particulierement les terres de Kessenich & Obbicht, mais il leur interdit de ne plus payer la dite redemption à Sa Majesté & les oblige par des rigoureuses executions aux fournissement des dites fourages, & contributions à Titre des quartiers d'hyver, par ou il ne ruine pas seulement les dites Terres, mais trouble Sa Majesté dans la Possesion d'icelles,

Il supplie tres humblement, que puissent étre ecrittes lettres iteratives de la parte de Son Excellence à sa dite Majesté, & un ordre au Gouverneur, où Intendant du Pays de Guel. dre d'en écriré au dit Everharts, & que les dites lettres & ordres me puissent etré mis en mains.

Pro Copia suo Veteri Protocollo concordante Ego Notarius Cæsareus publicus & immatriculatus subscripsi requisitus in fidem.

J. R. Schmitz Mpr.

NUllâ habitâ ratione litterarum ab Excellentia vestra Serenissimo Duci Neoburgico scriptarum Licentiatus Everhardus Dictæ Serenitatis Commissarius Sittardiæ non solum continuat in exigendo pabulo & tributo à terris liberis in regionibus Ducatûs Geldriæ, quæ absque omni controversia subjacent Jurisdictioni Regiæ suæ Majestatis & re ipsâ solvunt exemptionem hospitationum ad manus meas juxta designationem hisce inclusam, & præsertim â terris Kessenich & Obbicht; sed & prohibet, ne solvant amplius dictam hospitationum exemptionem Regiæ suæ Majestati, easque compellit duris executionibus ad subministranda dicta pabula & tributa sub prætextu hybernorum; quo agendi modo non solum dictas ditiones redigit ad incitas, sed & inquietat in illarum possessione Regiam suam Majestatem.

Hinc supplicat humillimè, quatenus scribantur iterativæ litteræ ex parte suæ Excellentiæ dictæ Majestati Regiæ, & mandetur Geldriæ supremo Præfecto, ut ea de re scribat dicto Everhardo, & ut hæ litteræ & hoc Mandatum mihi tradantur.

No. XLIV.

Litteræ Scriptæ Philippo Wilhelmo, Comiti Palatino Rheni, Duci Juliæ à Principe de Villa Hermosa Gubernatore Provinciarum Hispano-Belgicarum.

Monsieur,

LE Receveur des terres Franches m'ayant presenté les memoires & papiers cy jointes, je ne puis m'empêcher de prendre la liberté de les addresser à votre Alteſſe Serenisſime pour l'informer du detail des repreſentations, que le dit Receveur a cru étre obligé de me faire enſuite des devoirs de ſa charge pour garantir les lieux ſpecifies dans la liſte cy jointe des exactions, que les Officiers de vôtre Alteſſe Serenisſime, qui ſont à Sittard, pretendent de faire à leur charge, ce que je m'aſſure vôtre Alteſſe Serenisſime n'approuvera pas, quand elle ſera informée du contenu des dits memoires cy jointes, & j'ay lieu d'eſperer, qu'Elle voudra bien donner des ordres fort precis à ces dites Officiers, pour qu' ils n'inquietent plus ſous quelque pretexte que ce ſoit les Terres Franches, qui contribuent à ſa Majeſté; C'eſt la graçe, que je demande à vôtre Alteſſe Serenisſime auſſi bien, que celle de me croire tousjours

Monſieur

De vôtre Alteſſe Serenisſime le treshumble & tres obeiſſant Serviteur

le 15. Mars 1678.

Duc de Villa Hermosa.

Pro Copia concordante & ex Protocollo ſumpta Ego Notarius Cæſareus publicus & immatriculatus ſubſcripſi requiſitus in fidem.

J. R. Schmitz Mpr.

Domine,

CUm ditionum liberarum quæſtor informationem & documenta hîc adjuncta nobis exhibuerit, ea Serenitati veſtræ transmittenda cenſui, ut inde videat exhibitorum ſingula capita, quæ dictus Quæſtor ex officio mihi danda judicavit ad tuenda loca in præſenti memoriali deſignata ab injuriis & exactionibus, quas Serenitatis veſtræ Præfecti Sittardiæ præſidiarii in illorum damnum facere præſumunt, quod neutiquam, ut confido, approbabit, quando rei ſtatum in relatione hac expoſitum resciet, hac ſpe fretus vivo, Serenitatem veſtram ſeriò juſſuram ſuis dictis Præfectis, ut ditiones liberas, quæ Regiæ Majeſtati tributum ſolvunt, nullo ſub titulo ulterius inquietent, hanc gratiam â Serenitate veſtra exſpectat

Serenitatis Veſtræ

Humillimus Servus

Dux de Villa Hermosa.

No. XLV.

Litteræ Scriptæ Duci de Villa Hermosa.

Monsieur,

J'ay bien reçeu celle, qu'l a plû a V.D. de m'écrire au suiet des representations luy faites par Son Receveur de Terres Franches, mais m'étant rapporté, que le Receveur a pretendu de mettre dans la liste des Lieux differentes, qui relevent en fief de mon Duché de Juliers, & qui sont obligés de concourir aux charges, & aux sommations, qu'on impose: Je feray revoir les papiers, & actes touchants le contenu de la liste, & en attendant, qu'on les ait examinés, i'ay commandé à mes Officiers à Sittard de surçoir l'execution iusqu'à nouvelle ordre, & me promets, que V. D. en usera de même de son Côté, & n'exigera rien des dites terres contenues dans le dite denombrement, auparavant que l'affaire soit meurement examinée.

Je suis veritablement

Philippe Guileaume.
Comte Palatin.

Dusseldorffe 18. Mars 1678.

Pro Copia suo originali conceptui concordante Ego Notarius Cæsareus Publicus & immatriculatus subscripsi requisitus in fidem.

J.R. Schmitz Mpr.

Domine,

ACcepi, quas mihi ratione relationis sibi factæ per ditionum liberarum quæstorem scribere dilectioni vestræ complacuit, sed edoctus, quod ille fuerit ausus in designatione suâ annumerare loca diversa, quæ à nostro Juliæ Ducatu iu feudum relevantur, & quæ ad contributiones in oneribus publicis illuc præstandas concurrere tenentur; mandavi documenta & acta hanc rem concernentia examinari, jussique meo præsidii Sittardiensis Præfecto, ut ad interim executioni supersedeat, ea tamen spe fretus vestram Dilectionem idem facturam, & nihil a ditionibus dictæ designationi inclusis exacturam esse, antequam hæc res attentè sit discussa. Datum Dusseldorpii 18. Martii 1678

Philippus Wilhelmus
Comes Palatinus Rheni.

No. XLVI.

Monsieur,

JE vous envois icy jointe une lettre à Monsieur le Chancellier, je vous prie de la faire addresser incontinent, & de recommander en même tems mes affaires; c'est a dire qu'il faudrat

Domine,

MItto tibi hisce inclusam epistolam Domino Cancellario dandam petendo, ut quantocius ei detur ad manus, & pariter rem meam commendes; nimirum est inquirendum, si Sereni-

faudrat s'informer, si Son Alteſſe Serenisſime voudroit bien m'accorder l'inveſtiture, comme vous me l'avez proposé, alors Je ne feray nulle difficulté, & quand cela sera, il faudrat voire, comment faire avec ce Monsieur, qui demeure aupres de Monsieur de Vogelsanck; enfin, Monsieur, Je vous prie de faire vôtre possible, Je vous asseure, que Je ne seray point ingrat, Je part demain pour retourner à l'armée, qui commence à marcher, en passant à Nimmege J' iray voir Monsieur Straetman, & luy parleray de mes affaires. Si J'ay le tems d'aller à Brusselles, Je feray mon possible pour avoir les papiers, dont vous m'avez parlè, & Je vous les envoyeray incontinent, & Je voudrois bien, que vous auriez la bonté de m'écrire de tems en tems les succes de vôtre negotiation, vous pourrez addresser vos lettres chez Mademoiselle de Goltstein à Utrecht en attendant Je demeure tousjours.

Monsieur

vôtre tres humble Serviteur

J. Baron de Waes.

Borgittert 29. d'Avril 1678.

A Monsieur

Monsieur Everhardts Licentié en Droits & Conseiller & Referendaire de Son Alteſſe le Prince de Neuburg &c. à Sittard.

Pro Copia suo vero Originali concordante Ego Notarius Cæsareus Publicus subscripsi.

J. R. Schmitz Mpr.

renisſimus Princps velit inveſtiturâ me dignari, velut mihi proposuisti, hoc in casu planè difficilis non ero, si ita est, videndum erit, quid cum illo Viro apud Dominum de Vogelsang commorante fieri debeat, denique te rogo, ut te impensé applices, de mea gratitudine potes esse certus; cras hinc ad Exercitum sum abiturus, qui incipit sese movere, transiens Neomagum videbo Stratmannum ipsi de meo negotio locuturus, si Bruxellas proficiscendi tempus mihi suppetit, omni modo laborabo, ut documenta & instrumenta possim habere, de quibus mihi locutus es, ea tibi confestim mittam; opto vehementer, ut me subinde doceas succeſſum tuæ negotiationis, litteras tuas ultrajectum potes mittere, & eas Dominæ de Goltstein committere

J. Baro de Waes.

Borgittert 29. Aprilis 1678.

Domino

Domino Everharts Jurium Licentiato, Consiliario & Referendario Serenisſimi Principis ac Ducis Neoburgici &c.

XLVII.

No. XLVII.

WY sambtliche Schepenen des Gerichts ende Heerlichkeit Hunsell, Lande van Kessenich doen kunde, ende attesteeren hiermede, dat voor ons geciteert syn alle Geerffden, ende Inwonders der Heerlichkeit Hunsell, Lande van Kessenich, dewelcke te samender Hand bekennen, ende belyden mits deesen geconstitueert, ende Gevollmacht te hebben, gelyck sy constitueeren, ende vollmachtig maeken mits deesen den Heere Godefridum Everharts, Drossard der Heerligkeit Stein, om in hun der Constituenten Naeme ende voor de voorschrevene Heerligkeit te solliciteren by Syne Hoogheit tot Dusseldorp gedient gelive te wesen, onse Constituenten Jurisdictie, ende Heerligkeit van de Spaensche Contributien te beschermen, ende te protegeren, aengesien, dat het onmogelick is aen twe Kanten te betaelen, ende terwylen Syne Hoogheit ons constringeert om aen haere Hoogheit te betaelen, beloovende allentgeene. so den voorschreven constitueerten in den Constituenten Naeme dien aengaende sall hebben gebesoigneert, ende gehandelt, voor Goet, ende vast te sullen hauden, all off sy aldaer present waeren; Aldos geschiet binnen Hunsell den 16. Marts 1678. in oorkoende der Warheit hebben wy boven genoemde Schepen deese dor onsen geschwornen Secretaris doen schryven, ende onderteekenen, ende daer beneffens onsen gewoonlicken Schee-

